



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R.P. Leonardi Lessii E Societate Iesv Theologi. In D.
Thomam De Beatitudine. De Actibus Humanis. De
Incarnatione Verbi. De Sacramentis Et Censuris.
Prælectiones Theologicae Posthumæ**

Lessius, Leonardus

Lovanii, 1645

Dvb. 2. Vtrum unio Incarnationis facta fuerit per modum unionis naturæ
cum ratione hypostaticâ, seu subsistentiâ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72898](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72898)

Inest mo-
dus ille na-
turaliter
subsistentia.

Respondeo; Ille modus naturaliter imbitur in ipsa substantia actuali, tamquam intrinsecus terminus: Sicut superficies est in corpore; & omnes termini in rebus, quas intrinsecè terminant: & ideo substantia dicitur per se & non in alio terminari & subsistere. Potest etiam aliter responderi, vt num. præcedenti insinuauimus.

28
Vt & na-
tura ipsius
hypostasis.

Ex dictis patet Primò; Quàm sit probabile rationem hypostaticam esse modum positium essentiae actualis; cum variè modificetur per esse in se, & esse in alio. Secundò patet, Personam seu hypostaticam nihil addere supra naturam indiuiduam, nisi illum modum per se. Tertiò patet, Quomodo personalitas sit complementum substantiale ipsius naturæ; tunc enim in ratione substantiae est completa, quando per se terminatur. Quartò, Hunc modum non esse accidens, nec partem substantiae vel naturæ rei; sed complementum sui terminum naturæ, qui ad genus substantiae pertinet: Sicut terminus quantitatis ad quantitatem; modus inexistendi accidentis, ad genus illius accidentis. Vnde compositio istius modi cum naturâ, non est compositio accidentaria, sed substantialis; quia est compositio naturæ cum suo intrinsecò modo substantiali.

DVBIVM II.

Vtrum unio Incarnationis facta fuerit per modum unionis naturæ cum ratione hypostaticâ seu Subsistentiâ?

29
Natura
humana
immediatè
vnita est
subsisten-
tiæ Verbi.

Respondeo & Dico Primò, Vnione Incarnationis per se primò & immediatè copulata est natura humana, cum ipsa Subsistentiâ seu ratione hypostaticâ Verbi diuini: vnde semotis imperfectionibus, hæc unio facta est in modû vnionis naturæ cum suâ ratione hypostaticâ. Patet ex dictis. Ideò enim hæc unio dicitur personalis, hypostatica &c. quia est tamquam naturæ & Subsistentiæ, seu personæ. Item dicitur esse facta in personâ, in Subsistentiâ Verbi Dei; quia natura humana est in eadem personâ, in quâ natura diuina; & eandem accepit Subsistentiam quam habet natura diuina. Secundò, Quia humanitas Christi caruit propriâ personâ creatâ, & tamen non manit impersonata & avuòçatos, vt ait Damasc. lib. 3. cap. 9. ergo fuit personata à Verbo, illique tamquam rationi hypostaticæ vnita. Tertiò, Patet à sufficienti enumeratione, nam omnes alij modi vnionis substantialis fuerunt exclusi: non enim fuit conuersio vnus naturæ in alteram, nec unio per modum partium essentialium, neque etiam per modum partium integralium, vt per se constat: ergo, vt naturæ & suppositi.

Dices, Cur non vt existentiae cum essentia?

Respondeo, Quia inter hæc non est propriè unio; nam essentia considerata vt distinguitur cõtra existentiam, non est quiddam in naturâ rerum existentium, sed solum quid potentiale existens in potentia obiectiua, quia est intelligibile & operabile, vnde non potest vniri alteri tamquam rei distinctæ. Deinde, quia humana natura in Christo habet propriam suam existentiam creatam, quâ est natura actualis extra suas causas, siue extra nihil, & terminus creationis: ergo implicat contradictionem, vt existentia increata ei lic vnatur, vt per illam formaliter existat. Sed plura hac de re infra quaest. 17.

Dico Secundò, Ex hac immediatâ coniunctione Subsistentiæ diuinæ cum naturâ humanâ, factum est vt etiâ duæ naturæ substantialiter manserint vnitæ in eadem Subsistentiâ seu personâ Verbi. Patet ex dictis; Nam humana natura fuit vnita Subsistentiæ diuinæ, ita vt hæc fuerit facta eius Subsistentia: natura autem diuina huic Subsistentiæ antea inseparabiliter erat coniuncta: ergo duæ naturæ sunt vnitæ in eadem Subsistentiâ, & eadem Subsistentia est Subsistentia duarum naturarum. Ex quo vltimè sequitur: etiam in Christo sit tantum vna persona, tamen hæc est instar duarum, quatenus duarum naturarum existentiam terminat.

30
Natura di-
uina &
humana
vnitæ sunt
in vna
subsisten-
tia.

Sed contrâ hoc mysterium obijciuntur tria genera Argumentorum. Primum sumitur ex parte Verbi. Secundum ex parte naturæ: Tertium ex parte compositi. Ex parte Verbi

31

Obijcitur Primò, Si Verbum tribuit humanæ naturæ suam Subsistentiam: ergo Subsistentia Verbi est forma seu affectio humanitatis.

Obiectio-
nes ex par-
te Verbi
1. Quod
subsisten-
tia Verbi,
esset forma
humanita-
tis.

Patet Consequentia, Quia subsistere dicitur à Subsistentiâ, sicuti scire à scientiâ: atqui homo dicitur scire à scientiâ tamquam à formâ quâdâ: ergo similiter à Subsistentiâ dicitur subsistere, tamquâ à formâ quâdam humanæ naturæ. Confirmatur; quia subsistere humanæ naturæ pendet à Subsistentiâ Verbi: ergo secundum aliquod genus causæ: atqui non tamquam à causâ efficiente; quia causalitas effectiua est communis toti Trinitati: nec tamquam à causâ finali, vel materiali, vt patet per se: ergo tamquam à causâ formali.

Respondeo Negando Consequentiam: Subsistentia enim etiam naturalis non est propriè forma, vt fusè ostendit Scotus in 3. dist. 1. quaest. 1. sed est vltimus terminus & naturæ modus. Patet, quia materia nuda habet suam partialem Subsistentiam qua terminatur & in se exilit, tamen nõ habet aliquam formam. Similiter anima separata & Angelus habent suam Subsistentiam, non tamen habent aliquam formam substantialem qua informantur. Vnde compositio ex naturâ & Subsistentiâ, est alterius rationis quam compositio materiæ & formæ.

Refellitur

Ad Probationem Conseq. Resp. Etsi in modo significandi similiter dicatur subsistere à Subsistentiâ, atque scire à scientiâ; in re tamen non est idem genus causandi. Nam etiam homo similiter dicitur à materiâ materialis, vti ab animâ dicitur rationalis; non tamen secundum idem causæ genus. Pari modo accidentia dicuntur subsistere per Subsistentiam subiecti; tamen hæc non est illorum forma vel materia.

Vnde ad Confirmationem Argumenti, Dico non omnem dependentiam pertinere ad aliquod genus causæ: Nam relatio pendet etiam à termino; non tamen secundum aliquod genus causæ propriè loquendo: refertur tamen ad illud genus causæ, cum quo maiorem habet affinitatem: & ita hæc dependentia humanitatis à Verbo, reducit ad causam formalem; dicitur enim humanitas subsistere Subsistentiâ Verbi, tamquam à causâ quasi formali.

Dependen-
tia huma-
nitatis à
Verbo, im-
propriè re-
ducitur ad
causam
formalem.

Obijcitur Secundò: Si humanitas subsisteret in Verbo, afficeret Verbum & quasi informaret: Nam natura est forma suppositi: atqui hoc reputat perfectio à Verbi diuini.

32
2. Obiectio:
quod hu-
manitas
afficeret
Verbum.

Cc ij Respondeo;

Refellitur. Respondeo; Humanitas nullo modo afficit ipsum Verbum, nec vllam in ipsum habet causalitatem; quia neque illi inhæret, nec vlllo modo ipsum informat: quia neque Verbum capax est huiusmodi affectionis, neque humana natura apta est informare. Solum ergo humana natura dicitur

Quo sensu humana natura dicitur esse in Verbo. esse, & re ipsa est in Verbo, quia ineffabili modo terminatur & sustentatur ab illo, ita vt inde resultet hic homo subsistens, cuius, quatenus est hic homo, natura integra est humanitas, quæ nõ est propriè forma suppositi, sed solum secundum nostrum modum concipiendi: natura enim concipitur vt forma totalis respectu suppositi.

Objicitur Tertio, Verbum est vsquequaque perfectum: ergo extrinsecus illi vnitur humana natura tamquam quid accidentarium.

33. Obiect. quod esset compositio accidentalis. Respondeo, Negando Consequentiam: Etsi enim Verbum sit res omninò completa, humanitas tamen in ratione substantiæ est incompleta; ideoque potest à Verbo substantialiter cõpleri: quare illa unio est substantialis, non accidentalis; non enim ita aggregatur Verbo, vt ipsi extrinseca maneat, sed Verbum vnitur illi immediatè & penitissimè per suam rationem hypostaticam: quamuis enim humanitas vnatur toti Verbo & diuinitatis ratio tamen vniois immediata est sola subsistentia personalis, quæ ita humanitati accommodatur, vt cum illa perfectam personam incomprehensibili modo constituat.

34. Obiect. quod Verbum esset subiectum mutationi. Objicitur Quarto, Ipsum Verbum videbitur mutari; nunc enim esset vnitum, non antea; nunc esset homo, non antea; quæ denominationes non sunt omninò extrinsecæ. Respondeo, Nego idcirco Verbum mutari: ad hæc enim omnia sufficit mutatio facta in humanitate. Cùm enim Verbum sit infinitæ perfectionis in ratione hypostaticâ, habet omnem vim sustentandi & terminandi sine mutatione sui, quæ possit fingi ei competere per mutationem.

Refellitur. Dices; Vnire est agere: ergo vniri est pati. Respondeo; Vniri, est pati in eo, quod per sui mutationem vnitur alteri; non tamen in eo quod solum dicitur vniri, quatenus aliud ipsi vnitur, vt patet in vnione mentis cum Deo. Denominatio autem illa qua Verbum dicitur homo, non est censenda extrinseca, Physicè loquendo: quia est à re intimè ipsi coniunctâ. Potest tamen Logicè loquendo dici extrinseca, quia accipitur à re omninò distinctâ à Verbo.

Refellitur. Alterum genus argumentorũ fumitur ex parte naturæ humanæ. Objicitur Primo: Subsistentia est modus quidam humanæ naturæ; atqui modus rei, etsi possit interdum à re separari, non tamen potest per aliud suppleri: ergo neque subsistentia poterit ita separari à naturâ, vt per rem distinctam suppleatur, nempe per subsistentiam Verbi. Maior patet. Probatur minor, quia homo non potest esse figuratus, figurâ alterius, nec fedens, sessione alterius; nec existens, existentia alterius: ergo neque subsistens subsistentia alterius.

Qua denominatione Verbum dicitur Homo. Respondeo; Etsi fortè alij modi, vt existentia, figura, sessio, motus, non possint à Deo suppleri, maximè ij qui imperfectionem inuoluunt: subsistentia tamen potest, quia dicit perfectionem simpliciter; & in Deo formaliter & propriè reperitur. Nam subsistentia Verbi etiam præcisè considerata, est res perfectissimâ; atque adeo est

35. Obiectio nes ex parte naturæ humanæ. ipsa Verbi persona, & id quod subsistit: quò fit, vt possit etiam vniri per se ipsam naturæ creatæ existentem, illamque sustentare. Dicit etiam potest, modum rei non posse suppleri per rem distinctam, quando debet fieri idem modus essendi eiusdem rationis, atque erat is, quem res habebat antea: hæc verò non ita fit. Nam humana natura in Verbo, non habet similem essendi modum, qualem haberet, si in se ipsa existeret: Verbum enim dat illi longè alium essendi modum; nimirum vt existat in sublimiori. Quare mirum non est, modum illum sustentandi per se, humanæ naturæ suppleri per rem distinctam. Quod explicatur exemplo: sphaera, vel etiam gutta aquæ in sphaeram contracta, habet quædam modum existendi in se, tantum formaliter à se distinctum; quia suis clauditur terminis: quòd si vnatur alteri corpori, amittet priorè modum, & acquirat nouum in re distincta; atque ita supplebitur prior modus per rem distinctam. Simili modo fit in humanitate Christi.

37. Obiect. quod humana natura esset violentè in Verbo. Objicitur Secundo: Humanæ naturæ in Christo nihil deest, quòd possit à Verbo suppleri; quia habet totum esse substantiale completum: atqui substantia completa per se existit: ergo. Confirmatur: Quia etiamsi dimitteretur à Verbo, nihilominus maneret in rerum naturâ, ac proinde per se existeret.

Respondeo; Humanitati Christi deesse quendam terminum seu modum substantialem, qui tamen non est de essentiâ hominis aut substantiæ. Sicut enim actû inhære, non est de essentiâ accidentis, sed modus connaturalis ipsius; ita actû per se existere, non est de essentiâ substantiæ, sed modus ei connaturalis.

Ad Confirmationem dico, Etsi humanitas Christi pendeat à Verbo in ratione subsistendi, non tamen pendet in ratione existendi; quia non habet existentiam à Verbo, sed tantum subsistentiam: sicut pars dum est in toto, pendet à subsistentiâ totius. Vnde si humana natura dimitteretur à Verbo, nihilominus existeret, imò etiam per se subsisteret; nõ naturalis modus subsistendi, per nouam actionem naturæ, resultaret & emanaret ab ipsâ naturâ: sicut proprietates emanant ab essentiâ, & informatio animæ resultat ex ipsâ animæ naturâ, intimè corpori disposito applicatâ; & inhærentia, ab ipsâ naturâ accidentis subiecto suo intimè præsentis. Quòd si Deus hanc emanationem impediret (quod omninò puto cum Caietano, fieri posse per potentia Dei absolutam) tunc natura per se existeret negatiuè, Sicut iuxta aliquos accidentia in Eucharistia, quæ non habent aliquè modum positium, ratione cuius per se existant.

Objicitur Tertio: Si illa humanitas non subsisteret per se, sed tantum in Verbo, esset violentè in Verbo. Probatur; Quia careret vltimo suo actu, seu perfectione connaturali; ac proinde appeteret & inclinaretur ad illum: ergo contra inclinationem in Verbo detineretur: ergo violentè. Respondeo; Humanitas Christi non appetit propriam personalitatem appetitu elicitò, sed vt summum quædam inclinatione & pondere naturali. Non tamen idcirco hæc unio est violenta, & contra naturam, sed potius supra naturam: quia fit per omnipotentiam auctoris naturæ; & potentiam obedientialem ipsius creaturæ; quæ non repugnat

ipsa Verbi persona, & id quod subsistit: quò fit, vt possit etiam vniri per se ipsam naturæ creatæ existentem, illamque sustentare.

Dicit etiam potest, modum rei non posse suppleri per rem distinctam, quando debet fieri idem modus essendi eiusdem rationis, atque erat is, quem res habebat antea: hæc verò non ita fit. Nam humana natura in Verbo, non habet similem essendi modum, qualem haberet, si in se ipsa existeret: Verbum enim dat illi longè alium essendi modum; nimirum vt existat in sublimiori. Quare mirum non est, modum illum sustentandi per se, humanæ naturæ suppleri per rem distinctam. Quod explicatur exemplo: sphaera, vel etiam gutta aquæ in sphaeram contracta, habet quædam modum existendi in se, tantum formaliter à se distinctum; quia suis clauditur terminis: quòd si vnatur alteri corpori, amittet priorè modum, & acquirat nouum in re distincta; atque ita supplebitur prior modus per rem distinctam. Simili modo fit in humanitate Christi.

Objicitur Secundo: Humanæ naturæ in Christo nihil deest, quòd possit à Verbo suppleri; quia habet totum esse substantiale completum: atqui substantia completa per se existit: ergo. Confirmatur: Quia etiamsi dimitteretur à Verbo, nihilominus maneret in rerum naturâ, ac proinde per se existeret.

Respondeo; Humanitati Christi deesse quendam terminum seu modum substantialem, qui tamen non est de essentiâ hominis aut substantiæ. Sicut enim actû inhære, non est de essentiâ accidentis, sed modus connaturalis ipsius; ita actû per se existere, non est de essentiâ substantiæ, sed modus ei connaturalis.

Ad Confirmationem dico, Etsi humanitas Christi pendeat à Verbo in ratione subsistendi, non tamen pendet in ratione existendi; quia non habet existentiam à Verbo, sed tantum subsistentiam: sicut pars dum est in toto, pendet à subsistentiâ totius. Vnde si humana natura dimitteretur à Verbo, nihilominus existeret, imò etiam per se subsisteret; nõ naturalis modus subsistendi, per nouam actionem naturæ, resultaret & emanaret ab ipsâ naturâ: sicut proprietates emanant ab essentiâ, & informatio animæ resultat ex ipsâ animæ naturâ, intimè corpori disposito applicatâ; & inhærentia, ab ipsâ naturâ accidentis subiecto suo intimè præsentis. Quòd si Deus hanc emanationem impediret (quod omninò puto cum Caietano, fieri posse per potentia Dei absolutam) tunc natura per se existeret negatiuè, Sicut iuxta aliquos accidentia in Eucharistia, quæ non habent aliquè modum positium, ratione cuius per se existant.

Objicitur Tertio: Si illa humanitas non subsisteret per se, sed tantum in Verbo, esset violentè in Verbo. Probatur; Quia careret vltimo suo actu, seu perfectione connaturali; ac proinde appeteret & inclinaretur ad illum: ergo contra inclinationem in Verbo detineretur: ergo violentè.

Respondeo; Humanitas Christi non appetit propriam personalitatem appetitu elicitò, sed vt summum quædam inclinatione & pondere naturali. Non tamen idcirco hæc unio est violenta, & contra naturam, sed potius supra naturam: quia fit per omnipotentiam auctoris naturæ; & potentiam obedientialem ipsius creaturæ; quæ non repugnat

Natura humana habet in Verbo substantiori essendi modum quam habet in se ipsa existeret.

36. Obiect. quod humana natura nihil deest à Verbo suppleandum.

Refellitur.

Quomodo natura humana habet se in Verbo dimittere.

37. Obiect. quod humana natura esset violentè in Verbo.

Negatur de modo qui dicit perfectioem.

repugnat inclinationi naturali. Deinde hæc unio continet eminenter omnem perfectionem substantiæ humanæ: unde non tam est contraria appetitui naturali, quam consentanea; quia magis perficit naturam, quam propria substantia: quare Christi humanitas non proprie inclinatur ad substantiam creatam, cum meliori modo sit completa per increatam. Sicut appetitus recte ordinatus non appetit bona inferiora sibi commensa, quando illa possidet in bonis melioribus; maxime si illa meliora non possint cum inferioribus consistere.

Obijciunt Quartò, Illa substantia humane nature vel est accidens; & sic non potest suppleri per aliquid increatum: vel est substantia pertinet ad integritatem hominis; & ita Christus non erit integer & perfectus homo.

Respondet; Illam substantiam neque esse accidens proprie, neque substantiam, sed terminum & complementum substantiæ, ad genus substantiæ reductivè pertinet. Christus tamen proprie & complete est homo; quia hæc denominatio hominis, sumitur à natura, quæ in Christo est integerrima, & completa in ratione naturæ, licet non in ratione substantiæ.

Tertium genus argumentorum sumitur ex toto composito.

Obijciunt Primò, Videtur impossibile ut res tam infinitè distictæ, tam perfecte coalescant, ut resulter quiddam per se unum.

Respondet; Si corpus & spiritus, qui tantum inter se distant, possint naturaliter uniri, ita ut etiam in unam naturam coalescant, cur virtute infinitè, ea quæ etiam infinitè distant, non poterunt coniungi, non quidem in unam naturam, sed in unam personam; præsertim cum idonea proportio non defit; omnis enim creatura est imago vel vestigium diuinitatis, ab eâ promanans, & per eam assidue consistens, per intimam suppeditationem ipsius esse.

Obijciunt Secundò, Ea quæ aliquid unum per se constituunt, debent esse eiusdem generis; alioqui daretur aliquid, quod neque esset creatum, neque increatum; atqui hæc extrema, scilicet Verbum & humana natura, nõ sunt eiusdem generis: ergo &c.

Respondet; Non est necesse ut extrema quæ uniantur sint eiusdem generis; ut patet in corpore & spiritu: nisi genus sumamus latè, ut comprehendat etiam rationem analogam. Quomodo etiam homo & Deus sunt eiusdem generis; quia sunt substantiæ. Vtrum autem illud compositum sit creatum, an increatum, dicitur Art. 7.

ARTICVLVS IV.

Vtrum persona vel hypostasis Christi, post incarnationem sit composita?

Respondet D. Thomas duabus Conclusionibus. Prior est: Persona Christi secundum id quod est in se, omnino est simplex. Altera: Persona Christi considerata secundum rationem personæ seu hypostasis, ad quam pertinet subsistere in aliqua natura, est composita. Ratio est, quia licet ibi sit unum subsistens, tamen est alia & alia subsistendi ratio. Vbi

Notandum est, Christi personam secundum se considerari, quando spectatur tantum, secundum ea quæ sunt ipsi naturalia: & sic considerata, est simplex; quia reperitur in illa tantummodo natura diuina, & personalitas diuina, quæ nullam faciunt compositionem. Consideratur autem ut hypostasis sue persona, quando spectatur ut subsistens in aliqua natura, siue propria, siue aliena; & sic est composita: nempe, si natura illa sit distincta.

Dicit autem in Christo esse duas rationes subsistendi; vel quia substantia Verbi subit rationem & vicem duarum substantiarum, dum duas naturas terminat: vel quia in Christo sunt duæ naturæ; quas ipse vocat duas rationes subsistendi: quia altera natura, est ratio cur subsistat perfectus Deus; altera, cur subsistat perfectus homo. Quamquam satis improprie dicatur in Christo esse duas rationes subsistendi: proprie enim tantum est vnica substantia, & subsistendi ratio; quamvis sint duæ naturæ, in quibus ipse subsistit. Sed est

D V B I V M.

An hæc unio fuerit vera compositio: & idcirco terminus resultans per hanc unionem, sit persona composita?

Mlti DD. utramque simpliciter negant. Ita D. Bonauentura in 3. d. 6. a. 1. q. 2. Scotus ibidem q. 3. Durand. ibidem eadem qua sit. & alij quidam. Ratio est, quia compositio includit imperfectionem in utroque componentium.

Contrarium docet hic D. Thom. Pro quo Dico Primò, Unio Incarnationis fuit vera & proprie dicta compositio ex substantia Verbi, & humanæ naturæ; ex quibus, hic homo Christus, qui est terminus huius compositionis, extitit proprie compositus.

Probatur Primò, Ex Concilijs: Nam in V. Synodo c. 4. dicitur: Sancta Ecclesia unioem Verbi humane ad carnem secundum compositionem fateretur. Can. 7. Christus habet duas naturas, ex quibus est compositus. In Synodo VI. Actione 4. sub finem: Constat ex Verbo & Christum ex duabus naturis compositum. Item Actione 11. in epistola Sephronij idem dicitur. Idem habetur in Concil. Rom. sub Martino I. Can. 8. Incarnationem secundum compositionem factam esse. Quo modo loquendi libenter utebantur Concilia propter hæresim Eutychetis, ut significaretur utramque naturam saluam mansisse in illa coalitione.

Probatur Secundò, Ex Patribus: Dionysius c. 1. de diuinis nominibus: Supra modum, inquit, benignam (scilicet celebramus) diuinitatè: quia in vnâ personarum suarum, infirma nostra integrè verisimeque suscepit, ad se ipsam reuocans & adstringens humanitatem nostram; ex quâ ineffabiliter compositus est simplex IESVS, eternusque &c. Damasc. lib. 3. de fide c. 3. Substantialem dicimus unionem, quod duæ naturæ sint vnite in vnâ compositam Filij Dei hypostasim. cap. 4. Vnam hypostasin agnoscentis ex utraque natura compositam. Similia habet cap. 6. & 7.

Adde multos Patres ut nomine Mixture. Nazianzenus serm. de Paschate, Incarnationem vocat Mixturem. Tertull. lib. de carne Christi, dicit in Christo esse hominem mixtum Deo. Augustinus epist. 3. In illa personâ, nempe puri hominis, Mixtura est corporis & animæ; in hac personâ, mixtura est Dei &

38
4. Obijct.
quod Christi
sunt non
esset perfectus
homo.

Negatur.

39
Obijctio
nes ex parte
copositi.
1. A disticta
extremorum.

Refellitur.

40
2. Quod
extrema
debent esse
eiusdem
generis.

Refellitur.

41

Christi
persona se
eundem se.
ut hypostasis
ratiões
subsistendi.

42
Quomodo
in Christo
sunt duæ
rationes
subsistendi.

43
Quidam
negant.

44
Christus
est verè
compositus
ex substantia
Verbi &
humana natura.

45
2. Ex Patribus.

Dicitur
Mixturem.

